

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesens Petrus Leopoldo. S. V. D. examinandas proposuit
Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesens Heinricus Bocero Sr.
pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis dis-
quisitioni subiecit, Georgio Wolfgang Hilbornmann, Neuwir-
turg-Palatino Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit,
Christophory Treibisig S. V. D. Resp. Conrado Casp. Bovio,
Witteberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesens Christophoro
Bosoldo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger
Tubingae.
5. Diss. de iure Naturali praesens Johanne Gypsiandro S. V. D.
defensa a Georgio von Broy, Ackenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis, praesens Heinricus Bocero Sr. pro-
posita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de iurisdictione, quas eodem praesens Doctoratibus
in utroque iure insignium sequendum causa publicis censuras
subiecit Johannes Georgii Halbitter. libid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesens Petro Theo-
dorio S. V. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo
discutendas proposuit M. Georgii dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus, praesens Johanne Harprecht. Sr.
pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini
submissa a Georgio Langen. Homb. Tubingae.

25.
25
E' E' T A Σ I Z,
D E
JURE MATRIMONIO.
R U M,
Q U A M,

Annunte
DIVINA GRATIA:
S U F F R A G A N T E;

*Decreto, & Auctoritate Nobilissima & Am-
plissima Facultatis, quæ est Tubingæ, Ju-
ridica:*

P A T R O C I N A N T E;
Nobili, atque Clarissimo Jurisconsulto:

DN. JOHANNES
H A R P P R E C H T O,
EJUSDEM LYCEI ANTECESSORE
EXCELLENTISSIMO: DN. PROMOTO-
re, Fautore, & Præceptore suo, debito ho-
noris cultu suspicien-
do:

*Ad diem 29. Julii, in Jurisconsultorum Auditorio publi-
co, horis receptis, secundum accisam ingenii sui supellectilem,
tueri annitetur;*

Johannes Adamus Dappius, Geislingensis.



T V B I N Æ .

Typis *Johan. Alexandri Cellii,*
ANNO M. DC. XIV.

REVERENDO, SINGULARI PIETATE, DOCTRINA QUE MULTIPLICI EXCULTO VIRO: DN. M. DANIELI WALLISSERO, ECCLESIAE Geislingensium Pastori vigilantissimo: itemque praestantissimo, atque integerrimo Viro: DN. ERNESTO Lang Jahr / Monasterii Offenhusani Praefecto dexterrimo: Adfinitibus; Promotoribus & Fautoribus suis quovis officiorum, honorumque genere venerandis,



Διασώζει.

APPOSITÈ admodum, Viri multis nominibus colendissimi, Comicus ille, plurimis elogis celebris, Plautus, ut multa; ita & hoc argutum protulit dictum: Hercle miserum est, ingratum esse hominem. Quibus verbis prudentiam non exiguam spirantibus, miseram hominum, miseram ingratitudine dedecorum, conditionem deplorans, omnes ad Gratitude, virtutis omnium favorem in se conijcientis, exercitium invitat: contra ab ingratitude labe sanè turpissimam absterret. Quotus enim quisque est, qui adeo sit obsequiaris, qui horum cuculorum foeditatem non olfaciat? Quis, istos non ab omnibus cane peius, & angue odio haberi, perspectum habet? Quis istos, omnium a se animos avertere inficiasit? Quis istos, non occasionem omnem benefaciendi amputare, adeoque sibi met ipsis, instar turdorum, malam creare, ignorat? Ne autem & ego hac deformi macula contaminatus censeri valeam: non potui, nec debui intermittere diutius, quin aliquam saltem gratæ mentis, & benefactorum acceptorum memoria tesseram vobis exhibeam. Neque enim Diogenis istud, qui quibusdam predicantibus munera in ipsam collata, dixisse fertur: Quin & me laudatis, qui accipere merui; in me quadrare video: qui plurimis à vobis Ευεργετημασι prater meritum ornatus, ne unum quidem rependere valuerim: adeo, ut potius illud unquam in compensationem venire posse, planè dissidere cogar. Obtulit autem se, Viri debite honorandi, nunc occasio quedam, qua grati pectoris τεκμηριον publicè exhibere possit: quàm illectus, & adactus, disquisitionem hanc, de Iure Matrimoniorum, crassa licet Minerva à Iuris Tyrone conscriptam, vobis & vestro inscribendam censui nomini laudatissimo: non ut parem χάριν à me consequeremini; sed aliquod modò animi grati Symbolum videretis. Quocirca hilari & sereno vultu has studiorum meorum primitias suscipiatis, degustetis, & ut ad hanc usque etatem, ita & porro amore vestro me complectamini, maiorem in modum observanter & officiosè rogo: vicissim ego incunctam vestri memoriam circumferens, illud Ovidianum,

Hæc mihi semper erunt imis infixæ medullis;
Perpetuusque animæ debitor hujus ero,
ex recordatione mea ne utiquam patiar elabi. Valete. Dabam Tubingâ abiturus 17. Calend. Augusti, Anno τῆς Θεοῦ δωροπίας, 1614.

V. D. & H.

addictissimus,

Joh. Adamus Dappius, Geisling. A. & R.

I.
ΕΞΕΤΑΣΙΣ,
DE JURE MATRI-
MONIORUM.

T H E S I S I.



N N U P T I A R U M (a) D I S Q U I
sitione tria potissimum sese offerunt discuti-
enda: Antecedentia; (b) Nuptiæ ipsæ; ea-
rumque consequentia. (c) Ast ego impræ-
sentiarum reliqua, singulares tractatus exi-
gentia, lubens præteriens, ad consideratio-
nem Juris, de matrimonio ipso constituti, ceu principalis,
animum adjicio.

a) Sunt huic voci *συνώνυμα*, matrimonium, connubium, conjugium; quo-
rum definitiones *ὀνομαλῶδεις*, & aliquam eorum differentiam, nosse cupiens, in Cla-
rissimi Dn. Præs. Comment. ad §. 1. Instit. de patr. potest. num. 1. & seqq. Vult. ibid. num. 33.
Vvesenbec. in Paratit. ff. de rit nupt. inveniet. (b) ut sponsalia, ut munera, &c. tot. tit.
D. & C de sponsal. Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 18. (c) ut dos, donatio propter nuptias, &c.
Idem ibid. cap. 20. & seq.

2. Definiuntur v. ab Imp. Justiniano Nuptiæ, Viri & Mulie-
ris conjunctio, individuum vitæ consuetudinem continens.

§. 1. Instit. de patr. potest. l. 1. D. de rit. nupt. Ex qua definitione innotescit: polyga-
miam, gravissimis de causis populo Israelitico à D E O. imperscrutabilis sapientiæ fon-
te inexhausto, ad tempus permissam; quemadmodum à Christo, filio D E I, Matth. 19.
vers. 4. improbatam; ita & Jure civili esse prohibitam. Quò faciunt etiam textus in
l. 2. C. de incest. nupt. & §. ad finitatis. 6. in fin. Instit. de nupt. l. 1. in fin. l. quid ergo. 13. §. 1. & 2. D.
de his, qui not. infam. l. nemo. 7. ibique eleganter Gothofredus. C. de Judais. Et de jure commu-
ni polygami plectuntur infamiâ, per dd. ll. ex constit. Carol. extremo afficiuntur suppli-
cio, Peintlich Halsg. Ordnung. art. 121. Latiorrem huius definitionis explicationem habet D. Præs. d.
§. 1. num. 8. cum multis seqq. Instit. de patr. potest.

3. Dividuntur hæ; quòd aliæ sint justæ, sive legitimæ; aliæ
injustæ, seu illegitimæ. Justæ vocantur, quæ secundum præ-
cepta legum contrahuntur: injustæ contra, quæ neglectis, &
non observatis legum jussis, ineuntur.

Per princ. Instit. de nupt. ibiq. D. Vult. num. 1.

4. Requiritur autem leges pro formâ matrimonii justii pri-
mò consensum, tam contrahentium, (a) quàm eorum, quo-
rum subsunt potestati, (b)

Disputatio de Jure Matrimoniorum.

a) Quia horum gratiâ negotium principaliter geritur: & quia matrimonium contra-
ctui Societatis commodissimi annumerari posse videtur. *l. 1. D. de act. rer. amotar. l. 1. D.
de rit. nupt. l. 4. ibi; quæ socia. C. de crim. expil. hered. Dn. Pres. d. S. 1. num. 38. & seqq. Inst. de
patr. pot. Helfr. Vlr. Hunnius disput. Inst. 2. thes. 12. Forster. disput. 3. thes. 8. (b) cum hoc fieri
debere, & civilis & naturalis ratio suadeat. d. princ. Inst. de nupt.*

5. Et hoc, attento Jure civili, nullâ laborat difficultate. Sed
utrûm Jus Canonicum, de honestate solûm, an verò etiam de
necessitate, parentum efflagitet consensum, non adeò expe-
ditum habet decisionem? Mihi hac in re illud cum Jure civili
pulchrè consentire videtur.

*Can. aliter. can. nostrates. 30. quæst. 5. can. si verum. 31. q. 2. Dn. Pres. add. pr. Inst. de nupt. n. 55.
ubi huius sententiæ propugnatores, & impugnatores quàm plurimos refert. Porro consensus hic
an sit expressus, vel tacitus, l. in sponsalib. 7. S. 1. D. de sponsal. l. si, ut proponis. 5. C. de nupt. an
verbis, vel signis exprimat. c. cum tuæ. 25. cum seqq. de sponsalib. an scriptura, vel instru-
mentum nuptiale intervenerit, nec ne; nil interest. l. neque 13. C. de nupt. S. fin. Inst. eod.
auth. maximis. Cod. d. tit. Ex quibus efficitur: inter absentes quoque, per procuratorem,
nuncium, vel epistolam, validè copulari matrimonium. l. 5. D. de rit. nupt. c. fin. de pro-
curat. At ex sola conjugis appellatione, literis intertâ, matrimonium plenè probari,
cum negantib. concludendum puto, arg. l. non epistolis. 13. & l. seq. C. de probat. Licet hujus-
cemodi tituli intervenientes, suos quoque effectus consequantur. vide Dn. Praesid. loco
supr. citato num. 17. ibiq. relatos.*

6. Occasione hujus thesios, difficilis quæstio enodanda ve-
nit: Anné Jus civile matris, ad connubii perfectionem æquè,
ac patris jussum accedere velit? Et, Juris civilis consideratâ ra-
tione, suffragium patris postulante, non adeò præcisè illud
matris quoque flagitare, opinor.

I. Causa est, patria potestas, qua mater non gaudet. *S. famina. 10. Inst. de adopt.
S. ceteri. Inst. de hered. qual. & diff. l. 4. S. 2. D. de honor. poss. contra tab. 11. Suias, quæ
iuvito parenti, per nuptias filii, obtrudi non debet. S. sed si quis. 7. Inst. de adopt. l. in bel-
lo. 12. S. medio tempore. 3. D. de captiv. & postlim. &c.*

7. Consensus porrò parentum taliter comparatus sit, ne-
cesse est, ut negotium præcedat. (a) Unde rati habitio
locum hîc non esse, facile evincam. (b)

a) Per principium tit. Inst. de nupt. (b) *l. Paulus. 11. D. de stat. hom. l. quid ergò. 13. in pr. D. de
hu. qui not. in fam. l. si uxor. 13. S. 6. D. adl. Iul. de adult. l. manifestum. 9. C. de nupt. S. pen. Inst. de nupt.*

8. Huic consensui plura, quæ matrimonio impedimento
esse possint, refragantur: (a) quorum præcipua huic differ-
tationi inserere necessarium fortè fuerit. Eorum autem *Dissen-*
sus primum locum occupat. Hinc itaque nuptiæ, nesciis seu
reluctantib. parentib. initæ, copulâ carnali obfirmatæ, sint né
annihilandæ, arduus est, & acris *Dd.* conflictus? Ego, Juris inspe-
ctâ strictâ ratione, affirmo; pensatâ publicâ utilitate, nego. (b)

b) *Vro-*

Disputatio de Jure Matrimoniorum. 3

a) *Vvesenbec. in Paratitl. ff. de rit. nupt. num. 8. (b) Quia multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ contractum non dissolvunt. l. 8. D. de his, qui sui vel al. iur. sunt. Omnes rationes huc apponere, nimis foret prolixum, & ab instituto alienum: eas autem recenset Dn. Præses ad princip. tit. Instit. de nupt. num. 73. & seqq. Vvesenbec. d. locc. Arum. Exercit. Iust. 2. thes. 11.*

9. At si fortè contingat, ut parentes post tempus aliquod adplaudant, liberi ante applausum istum concepti, justinè, an injusti ex Jure scripto reputandi sint, ambigi potest? Et certè ut pro justis agnoscam, nullâ Juris evidenti argumentatione adduci me posse, arbitror.

Sanè consuetudo moderna si respiciatur, aliud dicendum videtur. Rationes, pro hac decisione facientes, videre licet apud Vult. d. pr. Inst. de nupt. num. 20.

10. Huic succedit & illud nobile ζήτημα: Possint né connubio per jurisjurandi religionem, absque tamen parentum consentiente voluntate, juncti separari? Ab astringente nullo me juris sufficienti argumento avulsam iri reor.

Num. cap. 30. v. 4. arg. l. non dubium. 5. in fin. C. de ll. c. non est obligatorium. 58. de Reg. Jur. in 6. l. 7. §. & generaliter. 17. D. de pact. e. sicut ex literis. 13. & c. quinta vallis. 23. de iureiur. Plura à Dn. Præf. d. princip. Inst. de nupt. num. 82. cum seqq. adferuntur.

11. Multorum quoque experta est judicium, sequens disceptatio: An spreta parentum suffragatio sufficientem exclusionis ab hereditate causam præstet? Et non aliter, nisi turpi personæ liberi se sociaverint, præbere autumo.

Novel. 115. cap. 3. §. 2. 4. & 10. l. 3. §. si emancipatus. D. de bonor. poss. cont. tab. Arum. Exercit. Iust. 2. thes. 11. ad lit. B. Vvesenbec. in Parat. ff. de lib. & posthum. num. 5. aliq. quam plurimi, quos referens sequitur Dn. Præf. d. princ. num. 93. Hodie hæc res ex magistratus arbitrio deciditur, in Recessu Imp. August. habito Anno 1548. sub r. Vom Sacrament der Ehe. §. ult.

12. Cæterùm non tanta est paternæ voluntatis auctoritas; ut liberi refragantes, & oblatum matrimonium fastidientes, à parentibus, ut amplexentur, cogi valeant: licèt parentes jurisjurandi religione se devinxerint.

d. princip. Inst. de nupt. ibiq. Dn. Præses num. 89. l. filiofam. 13. D. de sponsal. l. 21. D. de rit. nupt. l. nec filium. 12. l. neque ab initio. 14. C. de nupt. cap. 1. de desponsat. impuber.

13. Quemadmodum autem consensus parentum in nuptiis liberorum desideratur: ita etiam tutorum in pupilli; (a) at curatorum, &c. in minoris non item, adhibendum necessariò, extra dubietatis aleam versari statuo. (b)

a) l. 6. D. de sponsal. Cypræus intr. de sponsal. cap. 6. §. 9. (b) l. sciendum. 20. D. de rit. nupt. l. 8. C. de nupt.

14. Secundò consensui reluctatur error: quem quadri-

4 Disputatio de Jure Matrimoniorum.

membrem Dd. faciunt. 1. personæ. 2. conditionis. 3. fortunæ. 4. qualitatis. Duo priores ad substantiam matrimonii spectant: posteriores duo ejus accidentia concernunt; & non, ut priores duo, ad dissolvendum nuptias habiles ducuntur,

l. si per errorem. 15. D. de Jurisdic. Vult. ad d. pr. Inst. de nupt. num. 25.

15. Hinc perdifficilis, & multum agitata emerfit controversia: Nunquid ista, cujus pudicitia arx est expugnata, vel etiam imprægnata, & tamen pro illæsa ducta, possit repudiari? Atruentis patrociniū suscipere nullus dubito.

Deut. c. 22. v. 21. Matth. 1. vers. 19. arg. l. ex empto. 11. §. 5. D. de act. empt. Pinguiorē hujus controversiæ enucleationem poscentem ad Dn. Præf. in Comment. ad §. sunt & alia 11. Inst. de nupt. remitto.

16. Tertiam stationem sibi adscribit metus. Haud tamen quemvis, sed in virum constantem cadentem requiro, talemque connubium annihilare posse, non una evincit ratio; etiam juramento interveniente.

c. cum locum. 14. & c. seq. de sponsal. c. 2. de eo, qui dux. in matrim. & c. leg. Titia. 134. ff. de Verb. Oblig. l. neque ab initio. 14. C. de nupt. Et hoc procedere limitatur; quando post carnalis copula, aut alius actus metum istum sanans, & purgans, est subsecutus. l. 2. C. his, qui vi. met. & c. c. ad id. 21. de sponsalib. c. insuper. 4. qui matrim. accusar. pos. Dn. Præf. ad multoties citatum pr. n. 19. Inst. de nupt. Cypraus in tr. de sponsal. c. 13. §. 23.

17. Quartò consequitur Furor; quo correptus matrimonii contractum perficere non valet: (a) initum verò furor superveniens non distrahit. (b)

a) l. furor. 8. ff. de sponsal. l. oratione. 16. in fin. D. de rit. nupt. c. dilectus. 24. de sponsal. (b) d. l. furor. 8. d. l. oratione 16. l. patre. 8. D. de his, qui sui vel al. & c. l. si cum dotem. 22. §. 7. D. solut. matrim. Vnde veterib. Ictis enata concertatio, de qua in pr. Instit. de Nupt. l. tam demeritis. 28. C. de Episcop. aud l. si furiosi. 15. C. de nupt.

18. Hicnō ἀπρὸς διορύσσας subjunctum trutinatur certamen: Utrū ab ebrio copulatæ nuptiæ efficaces sint, & ratæ? Sub foedere distinctionis respondendum, sentio.

Aut ita quis se vino ingurgitavit, ut postera die pro comperto habeat, quid præcedenti egerit: aut ad ambas usque aures ita se replevit, ut antea die gestorum nihil recorderetur Quod ad prius; dubium non est, quin validè inierit: Posteriore v. specie, quando videlicet ita poculis est suffarcinatus, ut mentis passus exilium, & furoris æstro videri posset percitus, veniam meretur, ad exemplum furore percussi. l. 1. §. furiosus. & §. seq. D. de Obl. & Act. can. venter. dist. 35. can. sanè & can. inebriaverunt. 15. q. 1. Dn. Præf. Latius, & uberius dicto pr. n. 22. Inst. de nupt. Vvensebec. in Paratitl. ff. de rit. nupt. num. 8. §. Dicitum hætenus, & c.

19. Comitatur præcedens alterum legitimi matrimonii requisitum, Civitas: ut nimirum individuâ vitæ consuetudine jungendi sint cives Romani. Unde hoc efflorescit dubium: Sint.

Disputatio de Jure Matrimoniorum. §

Sintné nuptiæ cum infidelib. permittendæ; contractæ infirmandæ?
Ab utriusque partib. inficiantib. stabo.

1. ad Corinth. 7. v. 12. Hunnius disput. Inst. 2. thes. 39.

20. Diversum in hæreticis obtinere arbitror: cum quibus contractum matrimonium adeò non distrahitur, ut ne quidem ab initio contrahi vetetur.

l. si legib. 16. C. de Episcop. audient. l. 5. C. de sponsal.

21. Tertium requisitum constituit *Ætas justa*, quam Leges pubertati, & viri potentia inesse ajunt: illa est anno 14. in masculis: hæc 12. in foeminis, utrinque completo.

Per pr. Instit. quib. mod. tut. fin. l. ult. C. quand. tut. vel curat. esse des. l. minorem. 4. D. de rit. nupt. cap. 3. cap. 6. c. 10. & seq. de desponsat. impub. Hæc autem ætas lure canonum malitia suppletur. d. c. 3. c. de illu. 9. c. ult. de desponsat. impub. Dn. Præs. ad princip. tit. Inst. de nupt. num. 9. Borcholt. in tracto. de grad. c. qua etate matrim. contrahatur.

22. Quartum perhibetur requisitum; ut tales sint contrahentes personæ, cum quibus fas sit se commiscere. Nam à quarundam nuptiis nobis abstinendum est; quæ nempe vel cognatione, vel adfinitate nobis junguntur.

§. 1. & §. adfinitatis. 6. Inst. de Nupt.

23. Et fanè nuptiæ sunt interdictæ inter parentes & liberos, in lineâ rectâ in infinitum usque: idque & inter naturales, & civiles.

d. §. 1. Inst. eod. l. nuptia. 53. D. de rit. nupt. l. nemini. 17. Cod. de nupt. Levit. 18. & 20. Deut. 22. in fin. 1. Corinth. 5.

24. In linea transversali est quædam similis observatio, (a) sed non tanta: (b) & alia Juris civilis; (c) alia Pontificii. (d)

a) Etenim inter fratrem & sororem nuptiæ sunt prohibitæ. §. 2. Inst. de nupt. Ut & inter eos qui parentum & liberorum loco sibi invicem sunt. §. item amiam. 5. Inst. d. v. (b) ut patet ex collatione §. 1. & §. 2. Inst. eod. (c) quo secundus & tertius gradus prohibitionem habent: extra hos, qui sunt parentum liberorumque loco, reliqui non item. d. §. 2. l. nemini. 17. C. d. t. l. fin. C. de incest. nupt. (d) secundum quod usque ad 4. gradum inclusivè, nexu conjugii ligare se non licet. c. non debet. 8. de consanguin. & affinit. can. ad sedem. 35. quest. 5.

25. Duorum fratrum vel sororum liberos conjungi posse, disertè scripsit Justinianus in §. duorum. 4. Inst. de nupt. Sed in dubium vocatur à multis: sitné §. iste adfirmativè, an negativè legendus? Mihi profectò adfirmativa lectio magis arridet.

l. celebrandis. 19. C. de Nupt. l. 3. l. non solum. 67. §. 1. D. de rit. nupt. l. 2. C. de Instit. & sublit. L. Lucius. 78. §. filiam. 8. D. ad SC. Trebell. vid. Dn. Præsidentem & Vult. add. §. duorum. Inst. eod.

26. Adfinitatis quoq; veneratione, à quarundam nuptiis abstinendū est. Unde Socrus, profocrus, nurus, pronurus, noverca, itemque glos, fratria, soror uxoris, matrimonialiter cognosci nequeunt.

§. adfi.

6 Disputatio de Jure Matrimoniorum.

§. ad finitatis 6. & seq. Inst. de nupt. l. si qua. 12. §. 1. & seqq. l. adoptivus. 14. l. arist. 40. D. de rit. nupt. l. 4. §. hoc itaque. D. de gradib. l. nemini. 17. C. de nupt. l. 5. l. pen. & ult. C. de incest. nupt. Ceterum omnes, à copula connubiali respectu certarum personarum exclusos, hinc ut considerem, instituti ratio reclamat: sed eorum notitiam appetens consulat Vult. lib. 1. Jurispr. Rom. c. 19.

27. Quintum legitimi matrimonii requisitum, ex more hodierno comprobato est denunciatio publica, per Ministrum verbi divini in Conventu Ecclesiæ, & benedictio Sacerdotalis, hancque excipiens copulatio, coram omni populo facta.

Can. 1. 2. & seqq. 30. q. 5. c. nulli. 35. q. 2. can. ult. dist. 23. c. 4. de clandest. desponsat. Novel. Leon. 89. de quibus exactior Dn. Præs. §. 1. num. 22. Inst. de patr. potest. inspiciendus

28. Αἰλιον τελευτικόν conjugii est, i. ut propagetur ad posteritatem DEO Ecclesia. 2. ut liberi & Reipub. & generis hominum conservandi causâ procreentur. 3. ut vagæ libidines evitentur facilius, & propulsentur, &c. *Wesenbec. in Paratitl. ff. de rit. nupt. n. 6.*

29. Nuptiarum legitimè peractarum αἰλιαία effectusque sunt, 1. individua vitæ consuetudo. (a) 2. potestas mariti in uxorem, non tamen omnimodè cum patriâ congruens, sed ad obsequia tantùm & operas se extendens. (b) 3. dignitas mariti, uxori acquisita. (c) 4. potestas patria. (d)

a) §. 1. Inst. de patr. potest. l. 1. D. de rit. nupt. (b) 1. Cor. 7. l. 5. ff. de condit. insert. l. filia. 12. C. de col. lat. (c) l. cum quadam. 19. D. de Jurisd. l. exigere. 65. D. de Iudic. l. filii. 22. §. 1. l. ult. §. 3. D. ad municip. l. mulieres. 13. C. de dignit. vid. Dn. Præs. ad §. 3. Inst. de patr. potest. num. 8. & seq. (d) d. §. 3. Instit. d. tit. §. intestatorum Inst. de hered. quæ ab intest. def. &c.

30. Hæc ita de matrimonii constitutione, ejus adjunctis, finibus, & effectis sat sint dicta: nunc ut de ejusdem causis φθαρτικαῖς & modis corrupentibus disquiramus, restat. I. est mors naturalis, (a) non etiam civilis. (b) II. Divortium, (c) quod fieri solet vel propter adulterium, (d) vel desertionem malitiosam, (e) vel impotentiam naturalem antecedentem, non supervenientem, (f) vel denique tendiculas vitæ conjugis positas: (g) quibus contingentibus, aut uno eorum, matrimonium tum quoad vinculum, tum quoad thorum dirumpitur. (h)

a) l. liberorum. 11. §. Pmponius. D. de his, qui not. infam. l. 1. C. de secund. nupt. (b) l. sed si mors. 13. §. 1. D. de donat. in vir. & uxor. (c) 1. Corinth. 17. v. 15. Matth. 5. v. 32. c. 19. v. 9. (d) dd. modo locis. (e) 1. Corinth. 7. v. 15. (f) can. hi, qui, 32. q. 7. Nov. 22. c. 6. (g) l. 8. §. 2. C. de repud. Nov. 117. c. 8. §. si quolibet. & c. 9. (h) can. dixit dominus. cum aliquot seqq. 32. q. 1. can. præceptum domini. 32. q. 1. c. 4. c. 5. de divor. d. l. 8. §. 2. C. de repud. Nouell. 117. c. 8. §. si quolibet, & c. 9. Sed de his omnibus accuratiùs Beuff. Cyprius. Arnisaus, aliique citati à Claris. Dn. Præs. in d. Comment. de nupt. §. sunt

& alia. 11. num. 18. & seqq. qui de his, & aliis omnino sunt evolvendi.

F I N I S.

venio metallico in fundo feudali repte, nūm ptineant
ad dnm feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.
Ha rnm nomine an fisco commodum Junis Regalis p. 12.
th. 14.
v. f. m. s. n. a. n. y. an i. y. Junm g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.
3. coroll. 4.

01 A 6525

ULB Halle

3


002 935 813




12

1007







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



I 2, 25

MONIO.

T I A:

E;

ilissima & Am-
binga, Ju-

T E;

isconsulto:

ANNE

CHTO,

TECESSORE

N. PROMOTO.

debito ho-

um Auditorio publi-
ni supellectilem.

Geislingensis.

ri Cellii,

v.